



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bonae, Eminentissimi S. R. E. Titulo S. Bernardi  
Ad Thermas Cardinalis Presbyteri Opera Quotquot  
hactenùs separatim edita fuerê Omnia**

**Bona, Giovanni**

**Antverpiae, 1677**

§. 4. Indicantur Auctores, qui fidem Purgatorii, ritumque orandi pro defunctis astruunt. Addita quaedam ex profanis scriptoribus de funerandi ratione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10805**

mundanum in nobis non refinqueretur quod mundi incendio obnoxium inventiretur: sed si-  
cū tribus pueris ventus roris fieret nobis fornax Babylonis. Alioquin & si tepidè, & negligenter viventes ligna, fœnum, stipulam nobis co-  
cervamus, & tantam ignium materiam hinc no-  
biscum portamus, cū examen illius Purgatorii  
tales intraverimus, quid poterit de nobis habi-  
tare cum igne devorante? aut quis habitat ex  
nobis cum ardoribus sempiternis? quando omne  
etiam vestimentum mixtum sanguine erit in  
combustionem, & cibus ignis. Scio quidem,  
quia si satis arderem igne charitatis, de me quo-  
que diceretur, *Dimitinuit ei peccata multa,*  
*quoniam dilexit multum* *y.* Nunc autem si purgari  
non mereor igne dilectionis; utinam vel purga-  
rer alicujus igne passionis, hieretque mihi, quod  
Propheta imprecatur sibi *z;* *Ingrediatu putre-*  
*do in offib meis, & subter me scateat, ut requie-*  
*cam in die tribulationis.* Utinam qui coepit ipse  
me conterat, solvat manum suam, & succidat  
me: & haec mihi sit consolatio, ut affligens me  
dolore non parcat. Verumtamen nosti Domine  
infirmitatem figmenti mei. Quæ est enim for-  
titudo mea, ut sustineam, aut quis finis meus,  
ut patienter agam? *Nec fortitudo lapidum forti-*  
*tudomea, nec caro mea ænea est a.* Hoc igitur pe-  
to Domine, ne in furore tuo arguas me, neque  
in ira tua corripias me. Respic infirmitatem  
meam, & secundum illam moderate manum  
tuam, ne vehementia verberis frangat patientiam  
cordis; sed magis tribulatio patientiam  
operetur, patientia probationem, probatio spem:  
Væ autem mihi, si quotidie uror, & non emun-  
dor, ut & de me dici contingat *b;* *Multo labore*  
*sudatum est,* & non exivit de anima rubigo ejus ne-  
que per ignem. Væ mihi, si mundari in illa dum-  
taxat die potero, quando sedebit ipse Judex qua-  
si ignis conflans, & emundans argentum, & pur-  
gabit filios Levi, Audiam itaque Apostolum  
dicentem *c;* *Ecce nunc tempus acceptibile, ecce*  
*nunc dies salutis:* & dum tempus habemus, ope-  
remur bonum. Audiam consilium Sapientis, qui  
ait *d;* *Quodcumque facere potest manus tua, instan-*  
*ter operare;* quia nec opus, nec rasio, nec sapien-  
tia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu pro-  
peras.

*x. Guerr. Abb. Ser. 1. in Quadrag. y Luc. 7: 47.*  
*z Habac. 3: 16. a Job. 6: 9. b Ezech. 24: 12.*  
*c 2 Cor. 6: 2. Galat. 6: 10. d Eccl. 9: 10.*

## S. IV.

*Indicantur Autores, qui fidem Purgatorii,*  
*ritumque orandi pro defunctis astruunt,*  
*Addita quadam ex profanis scriptoribus*  
*de funerandi ratione.*

*1. Non sine nutu, & providentia Dei factum*  
arbitror, ut receptos Ecclesiæ ritus ab  
ipsa Apostolorum ætate ad hæc nostra tempora  
viri doctissimi divinitus excitati, & scriptis illu-  
straverint, & moribus approbaverint. Rævi-  
derat enim Spiritus sanctus in extrema hac deli-  
rantis mundi senecta improbos Hæresiarchas fu-  
turos, qui suggeste inimico universam Eccle-  
siasticam Hierarchiam convellere, & perturbare  
conarentur. Quod cùm in cæteris bonis operi-  
bus, tum maximè in iis quæ pro defunctis fieri  
solent abrogandis, irritò licer conatu, vehemen-  
tius tentarunt. Ut fidem igitur liberem, quam  
nuper dedi, eademque opera hujus sacri ritus anti-  
quitatem ostendam; viros præstantes, veteres-  
que Scriptores (servata quantum fieri poterit  
temporum serie) breviter indicabo, qui fidem  
Purgatorii, ritumque orandi pro defunctis  
semper in Ecclesia viguisse disertis verbis te-  
stantur *e.*

## 2. Cæ.

*e Primum locum tribuliturgiæ Sanctorum Jacobi ma-*  
*ioris, & minoris, Matthei, & Marci, in quibus spe-  
ciales sunt orationes pro spiritibus quiescentium. Se-  
quitur Diouysius Areopagita, qui in libro de Ecclesiasti-  
ca Hierarchia, postquam differuit de actibus Hier-  
archicis, qui sunt circa ingrediētes Ecclesiæ, &  
circum procedentes, ac proficiētes in ea; de his actibus  
deinde tractat, qui circa ea egradiētes, videlicet  
circa defunctos, exercentur. Hunc comitantur plures  
ejusdem spiritus, amīnūrū Clemens Romanus epist. *z.*  
& lib. 8. const. Apostolic. cum Notis Francisci Tur-  
riani. Hermes in Pistrore vissone 3. Tertullianus lib.  
de testim. anima cap. 4. de corona militis cap. 3. de  
exhort. Caſtitatis cap. 11. de Monogamia cap. 10. de  
Resurr. c. 43. cum Notis Jacobi Pameli. Origenes  
Hom. 4. in Job. Hom. 14. in Levit. & 6. in Exod.  
Cyprianus lib. 1. ep. 9. Zeno Veronen. Serm. de Re-  
fuscat. Athanasius ep. ad solitariam vitam agentes.  
& q. 34. ad Antiochum. Laetantius Firmianus l. 7.  
cap. 21. Cyrillus Hierosolymit. catech. 5. mytagogi-  
ca. Euseb. Cesarien. lib. de vita Constantini c. 60. &  
71. Ephrem Syrus par. 49. & in testamento cum  
scholiis Gerardi Vossii. Nazianzenus orat. 10. in  
obitu Casarii fratris. Epiphanius lib. 3. her. 75. &*

Ggggg

in

2. Cæterum de funeribus , variisque ritibus sepeliendi cadavera multa quoque ex profanis Scriptoribus colligi possunt , è quibus constat etiam ab infidelibus magnam curam adhibitam, ut iusta mortuis perfolverentur. Extant de hac re in Codicibus civilium legum insignes tituli de Religioſ. & ſumptibus funerum , de mortuo inferen-

do , de ſepulcro violato , de cadaveribus punito- rum , de debita impensa in exequiis , & ne de- functi , ſeu funera eorum injurientur à creditorib. Copiosè etiam diſferunt de ritibus antiquorum funerum Scriptores qui ſequuntur f , & alii plures , quos iſti citant , & commendant.

Sx

in fine ejusdem libri. Basilius Magnus in cap. 6. & 9. I. 1. Ambroſius orat. de obitu Satyri ſitem de obitu Valentiniiani. & Theodosii. & lib. 2. ep. 8. de obitu ſororis. Gregorius Nyſſenus orat. de dormientibus. Hieron. ep. ad Pammachium de obitu Paulina. l. 1. adv. Pelagianos in cap. 1. Ezechiel. & in fine Com- ment. in Iſaiam. Chrysſotomus hom. 32. & 35. in Mattb. hom. 61. in Joann. hom. 41. m 1. ad Cor. hom. 21. in Act. Apoſt. Serm. 3. in Ep. ad Philipp. hom. 69. & 70. ad populum Antiochenum. Homilia vero 35. in Matthæum ostendit multis rationibus ſati- tuis eſſe corpora mortuorum putrefacere. & diſſolvi- quām integra conſervari. Auguſtinus in ſeo lib. de ſura pro mortuis gerenda. lib. 9. conf. c. alt. ep. 64. ad Aneſ. Ser. 31. & 53. de verbis Apoſt. Ser. 41. de Sanctis. Auctor Ser. ad fratribus in Eremo. Ser. 44. Paulinus ep. ad Alithium. & Pammachium, itemque ep. 5. ad Delphinem. & parahraph. in Psalm. 4. Theodo- rerus lib. 5. bift. c. 26. Socrates lib. 7. c. 25. Eu- ſebius Emiſſenus, ſeu verius Eucherius Lugdunensis hom. 3. de Epiph. Victor Uticens. lib. 2. de perſecut. Vandal. Cesarinus Arelaten. hom. 8. Boetius de con- ſol. Philof. lib. 1. pr. 4. Jo. Climacus gr. 4. Grego- rius Magnus in Reg. l. 2. c. 3. in 3. Ps. paui. v. 1. & paſſim l. 4. Dialog. Joannes Moſchus in prato ſpiri- tui. c. 24. & 44. Iſidorus l. 1. de Eccl. officiis c. 18. Eligius Noviomagen. hom. 8. Bonifac. Archiepiſ. Mo- gustin. & Martyr. ep. 35. 36. 70. 84. 90. & alibi. Julianus l. 1. Prognosticon c. 18. uſque in ſuens libri. & uerſum l. 1. jere per totum. Anſtatis Nicetus qu. 20. in ſcripturam. Beda in Ps. 37. & l. 5. bift. c. 13. Joannes Damascenus orat. de iis, qui in ſide dormierunt. Germanus Constantinopol. in Theoria re- rum Ecclesiasticarum. Amalarius ſupracitat. Haymo Halberſteatenſl. 2. in Iſaiam. 28. & in c. 3. 1. ad Cor. Metaphrast. in viſis Pachomii. & Theodosii Abb. & Euſebia hospita. Rabanus l. 2. de iſt. Cle- ric. c. 44. Regino Abbas l. de diſciplina Eccleſiaſt. & 190. Lupiſprandus Ticien. l. 4. bift. c. 7. Petrus Dam. ſer. 2. de S. Andrea. & ſerm. de S. Nic. Theophylactus in c. 12. Luca. Anſelmuſ Cantuar. ſeu ve- trus Petrus Babylon. in c. 12. Matheſ. Idem Anſelmuſ, vel ſub ejus nomine Hervaeus in c. 3. 1. ad Cor. Occu- monius item in c. 3. 1. ad Cor. Sigibertus in Chroni- cis ann. 998. Hugo Voſtarim. l. 2. de Sacram. p. 16. 6. 4. & 6. Petrus Venetab. paſſim. l. 1. de miraculis. Rupertus Abbas in Genes. l. 3. cap. 32. Bernwardus

Serm. 66. in Cant. ſerm. de quinque Regionibus , & in obitu Umberti. Petrus Cellensis l. de Panibus. 7. Eckbertus Monachus Schonangia ſerm. 9. adv. Catha- ros. Arnoldus Abbas Bonevallis tract. de 7. verbis Domini in cruce. 2. Nicephorus Gregoras l. 3. & 9. biftor. Thomas Waldenſis tom. 3. tit. 11. c. 107. Ber- nardus contra Waldenses c. 9. 10. 11. Ermigardus contra eodem c. 7. Item Petrus Pifſchdorſius c. 21. & 22. Scholastici omnes cum Magistro c. ſent. d. 44. & 45. & cum D. Thomai ſup. 3. p. qu. 70. & 71. Bonaventura in Breviolio p. 7. c. 2. & tom. 3. ſerm. de animabus. Gemadius Patriarcha Conſtan- tinopol. expoſ. pro Conc. Florent. c. 3. Recenſiores omitto. Sunt autem inter hos præcipui Baronius an. Chrifi 34. num. 310. & ſeqq. item an. 226. m. 12. Antonius Demochares diſſuſe ex Concilis, & Patri- bus, aliisque Doctribus l. 4. de Miffa c. 18. Bellar- minus tom. 2. contriv. libris diuobus de Purgatorio. Suarez in 3. p. tom. 4. diſp. 45. cantritrib. ſequentiibus. Alphonſus a Castro v. Purgatorium. Eckus c. 25. Enchiridi. Antonius Augustinus in epit. Juris Ve- Pontificis l. 27. Martinus Perez 3. p. traditiorum. Jodocus Coccus tom. 2. ſui præclarissimi theſauri l. 7. art. 5. abi citat plures Rabbins, qui Purgato- rium adiungunt: & lib. 10. art. 6. Theodosius Pe- tamus in ſuens tract. de igne Purgatorii, de ſuffragiis defunctorum, de ſepultris, & amiversariis. Petrus Tyreus de multiplicibus ſuffragiis deſunctoſ. Jac- Grotteras de receptaculis ſubterraneis animarum & de juueni Christiano. Jacobus Guaderus in Tab. Chronographica verit. 10. Joseph. Vicecomes libri quart. de antiquis ritibus Miffa. Hetricus Sponda- nius in doctiſſimo, & eruditissimo opere de ſacris Ca- miteriis. Curam autem mortuorum, & ad fidem Purgatorii à primoparente Adamo uſque ad noſtra tempora ſemper viguisse ostendit in Notis Chronicis Genebrardus.

Joannes Roſinus lib. 5. Rom. antiquit. c. id. additis Thoma Dempſteri Paralipomenis. Lel. Bisciola Hor- rari ſubl. 5. & 6. 1. Lilius Giraldus lib. de ſuero ſepeliendis ritu. Joannes Kuchmannus Lubecensis, qui Ro- manorum funerum ſolemnitates libris quatuor com- plexus eſt. Jacobus Gutherus libris tribus de jure ma- riuum. Spondanus in laudato opere de ſacris cameti- riis. Philippus Cluverius l. 1. Germanus antiquo c. 53. Alexander ab Alex. dictrum Genialium l. 3. c. 2. & 7. Celsius Rhodiginus l. 17. antiqu. leſt. c. 19. 20. &

Sat dictum de hac re. Illud autem in fine monendum, ut, cum oramus pro mortuis, mortis quoque nostræ recordemur, sicut scriptum est: *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.*

20. Et 21. *Justus Lipsius* l. elect. c. 6. ad b. 4. *Annal.* Hieronymus Magus var. lect. l. 1. c. 13. Et l. 2. c. 17. usque ad 22. *Ludovicus Cartio* l. 1. emend. c. 6. *Wolfgangus Lazius* comment. *Reip. Rom.* l. 3. c. ult. Cicero 2. de legibus. *Onofreander in strategico* c. 36. cum notis *Johannis Chokieri Leodiensis*. *Janus Durantius Casellius* l. 1. var. c. 4. Et l. 2. c. 3. *Lucanus* in dialogis mortuorum. *Herodianus* l. 4. hist. *Diodorus Siculus* l. 2. c. 2. Et l. 4. c. 1. *Cæsar*. l. 5. de bello Gallico. *Iudi funebres quando, & cui* primum infesteti fuerint narrat *Pausanias in Arcadicis*. Idem in *Messenicas adiutorum* olim ait, ut vestre nulla prosequentur omnes funera optimatum. *Faces*, & candelas adhibitis in funeribus conseruat ex *Tacito* 2. Ann. Perso sat. 3. *Seneca de Tranquillitate animi* c. 11. *Suetonius in Augusto*, Et ex D. Hieronymo ad v. *Vigilantium*. *Cantu prosequi mortuos ad sepulturam plurimarum gentium infestata sanxerunt*, teste *Macrabi in somn. Scip. lib.* 2. cap. 3. *Graci defunctos osculabantur*, quam confuetudinem commemorat *Euripides in Alceste*: sed inhibitum posset fuit hujusmodi osculum a *Concilii Antiochodorensi*, & *Marisconensi*. *Pompas funebres Italico idiomate describit Franciscus Petrus*. *Quadam item de funeribus tractat Natalis Comes in Mythologis* l. 1. c. 13. *Dabantur olim corvoria in mortuorum memoriam*, de quibus *Syrius* ep. 3. *Chrysostomas hom.* 28. in c. 1. prout ad *Corinthi* quorun etiam abusum damnum Zeno Veronensis in *Psalm. 49*. Et *Gauden-tius tract. 4. de Pulsante Petrus Gregorius Tholofanus* l. 1. de immortal. animor. ex corporum mortuorum cura argumentum desumit ad probandum anima immortalitatem. Ob hauc enim infestus est unicuique à natura amor. Et cura propriis corporis etiam post mortem. *Olympias Alexandri mater*, cum *Cassiodori iussu interficeretur*, capillis, & veste se honeste composuit, ne quid posset in cadavere in honestum viderit. Narrat id ex *Trogo Pompeio Iustinus in fine* l. 15. *Similia resert de Polyceno Euripides in Hecuba* v. 68. Et *Ovidius* 13. metram v. 477. De *Lucretia* idem *Ovidius* 2. *Fast.* v. 83. de *Cornelia Vestali Plinius* l. 4. ep. 11. De *Glaucia Statius 2. Sylvar.* v. 154. De *Cleopatra Florus* l. 4. De *Cæsare Suetonius*. De *Virginibus Milesiis Aulus Gellius noctium Attic.* l. 15. Et 16.

## CAPUT XIV. De Psalmis Pœnitentialibus, & Litaniis.

### §. I.

*Pœnitentia utilitas, & effectus. De Psalmis Pœnitentialibus, eorumque usu. Laudes pœnitentia. Cur septem tantum sint Psalmi Pœnitiales.*

1. **C**Adit infelix homo in foveam peccati mortalis, & non adjicet ut resurgat: infigitur in limo profundi, & non est substantia: infernalis tyranni servituti se subiicit, & non est qui redimat: bibit aquam iniquitatem amarissimum virus, & nemo est qui alexipharmacum miscat: à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas; vulnus, & livor, & plaga tumens, & non est qui circumliget, aut curet medicamine, aut foveat oleo: nisi respiciens desuper Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis manum porrigit adjutricem. Lapsus enim ex voluntate homo, inquit Bernardus 4, non æquè ex voluntate resurgere jam liberum habet, quia etsi datum fuit voluntati posse stare ne caderet, non tamen resurgere si caderet. Non enim tam facile quis valet exire de fovea, quam facile in eam labi. Cecidit sola voluntate homo in foveam peccati, sed non ex voluntate sufficit & posse resurgere. An igitur peccantis casus irreparabilis erit? An infirmitas hec prorsus ad mortem, ut qui fecerit iniquitatem omnino moriat in ipsa? Absit. Sed quid dicit Scriptura<sup>c</sup>. b *Per diilio tua. ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum*. Benignus itaque Deus excitante gratia præventum peccatorem è stercore sublevat, erigit à ruina, liberat à servitute, sanat à vulnere, è morte transfert ad vitam. Pulsat enim ad cor ejus per fidem, expergefactum concutit per timorem, conculum suffulcit spei adminiculo ne labatur, suffultum elevat ad altiora per actum dilectionis, elevatum denique perfectissime sanat per contritionem, & pœnitentiam. Appositè ad hanc rem Fulgentius Rusensis Episcopus<sup>c</sup>: Prævenit grātia Dei impium, ut fiat justus: subsequitur justum, ne

Gggg 2 fiat

a Bern. de grat. Et lib. arbitrio. b Osea 13: 9.

c Fulg. l. 1. ad Monimum.